
LES LIVRES SONT NOS MEILLEURS AMIS



DE DISPUTATIONE

INTER

MAROTUM ET SAGONTUM

THESIM FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

E. VOIZARD
Aggregatus in Lyceo Versaliarum professor.

PARISIIS
APUD LEOPOLD CERF BIBLIOPOLAM
VIA DICTA DE MEDICIS, 13

M DCCC LXXXV

DE DISPUTATIONE

INTER

MAROTUM ET SAGONTUM

VERSALIIS, EX TYPIS CERF ET FILII, 59, VIA DICTA DUPLESSIS

DE DISPUTATIONE

INTER

MAROTUM ET SAGONTUM

THESIM FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

E. VOIZARD

Aggregatus in Lyceo Versaliarum professor.

PARISIIS

APUD LEOPOLD CERF BIBLIOPOLAM

VIA DICTA DE MEDICIS, 13

M DCCC LXXXV

VERSALIIS, EX TYPIS CERF ET FILII, 59, VIA DICTA DUPLESSIS.

DE DISPUTATIONE

INTER

MAROTUM ET SAGONTUM

THESIM FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

E. VOIZARD
Aggregatus in Lyceo Versaliarum professor.

PARISIIS
APUD LEOPOLD CERF BIBLIOPOLAM
VIA DICTA DE MEDICIS, 13

M DCCC LXXXV

DE DISPUTATIONE

INTER MAROTUM ET SAGONTUM

PROŒMIUM

« Ce bel esprit (Marot) eut pour ennemy de sa vertu un Sagon qui se mesla d'escrire contre luy, mais il y perdit sa peine. »
(E. Pasquier, *Recherches de la France*, l. VIII, ch. v.)

Inter omnes constat, sexto decimo post Christum sæculo, Franciscum primum, Francorum regem, sororemque ejus, Margaritam, non solum Musis favisse, sed et ipsos Musarum alumnos fuisse. Etenim nonnulla illius regis hujusque reginæ carmina, gallica lingua scripta, exstant, quæ elato et satis vehementi flatu inspirata videntur. Unde non mirum est quemque tunc poe-

ticæ laudis avidum ad aulam regiam, sicut ad Musarum templum accurrisse ut horum principum et amicitiæ et largitionum particeps fieret. At quot rixæ, quot contentiones, sæpius acres acerbæque, inter poetas et illos qui poetæ nomen laudemque captabant, ortæ sunt ut aliquid doni regii arriperent sibique assumerent! Quot precibus submissis, quot versibus adulatoriis omnes hi tunc usi sunt ut aliquo munere vel ab epistolis, vel a cubiculo, in aula, donarentur! Væ autem illi quem rex æmulis anteferens, inter familiares et amicos admiserat[1]! Huic cæteri sæve jam invidentes, pertinacissimo eum odio lacessebant, omnibusque modis subdolis de dignitate ad quam provectus erat, deturbare conabantur.

Quod accidit Clementi Maroto, præstantissimo inter æquævos poetæ, qui, propter singularem ingenii alacritatem insignemque musæ petulantiam, principem locum Francisci primi in aula obtinebat et plus quam cæteri a Margarita diligebatur. Hic, seu immodica linguæ licentia, seu versibus aculeatis, multorum iras in se jam concitavit. Etenim apud regem et apud plerosque aulicos regisque familiares gratiosus, de quacunque re superveniente et, de omnibus hominibus

[1] Sainte-Beuve, *La poésie française au* XVIe *siècle*, p. 21 et seq.

liberam sententiam expromere non dubitabat. Temporis acti contemptor, non modo veterum vel mores vel carmina, sed recentiorum etiam vitia erroresque ludibrio dabat, et quid de rebus sacris sentiret palam dictitabat: quod huic poetæ gravissimo crimini datum fuit, quum præsertim eum pravis moribus vitam suam dehonestare fama erat. Illi enim quos Clemens mordaci dente insequens, satiricis carminibus dilacerabat, omnes non solum rumores qui passim de eo perferebantur libenter excipiebant, sed infestissimis etiam animis inquirebant quid facere quidve noxii dicere posset ut inde causa eum reum ad judices adducendi et in vincla conjiciendi ipsis esset.

Discipuli autem Cretini[1] omnesque ineuntis sæculi poetarum imitatores ægre ferebant Marotum, a verbis modisque jam tunc obsoletis desciscentem, figuras vocesque novas admittere, ut perspicuum est e versibus illis quos in poemate, *le Rabais du Caquet de Marot* gallice inscripto legimus:

> Demande a Marot tant habile
> Si humile,
> Doibt pour humble en Françoys.
> (Ed. La Haye, t. IV, p. 452.)

[1] De Cretino: Pasquier, *Recherches de la France,* VII, 12; A. Darmesteter, *Le* XVI[e] *siècle en France*, p. 83.

ut alias de arte poetica disceptationes omittam ; non enim est hic locus.

Sed nulli acriore odio iraque hunc poetam persecuti sunt quam homines qui, christianæ religionis causam suscipientes, ejus vel instituta vel scripta a Maroto libera voce explicari audiebant : inter quos pertinacissimi fuerunt omnes Sorbonæ doctores qui, quum Christianorum sacrorum tutelam interpretationemque sibi solummodo permissam fuisse existimarent, neminem sanctos Christi libros interpretari sinebant. Quare Clementis audaciam procacitatemque non ferentes, opportunitate regis absentis non semel usi fuerant ut judices ad ipsorum sententiam adducti poetam impium, variis de causis, arriperent et in carcerem dejicerent. Sed, jubente Francisco primo, in libertatem jam vindicatus, novos condere versus novaque poemata, rege Margaritaque sorore faventibus, scribere Marotus potuerat. Quum autem petulanter libereque nunc agere, nunc loqui, salibusque adversarios omnes lacessere non desineret, et inde acerbas iras in se iterum atque iterum concitaret, millesimo quingentesimo tricesimo et quarto anno, accusatus est quod, ut unus refert[1], sermonem satiricum in quamdam regis

[1] « Le subject du bannissement de Marot vient d'un discours un peu libre qu'il avoit proféré contre le roi Francoys lorsqu'il avoit dict : « Il n'est que du sablon d'Estampes pour faire reluire un

amicam et regem in ipsum protulisset, at muris Lutetiæ, ut narrat alter [1], tabulas in religionis christianæ sacra contumeliis plenas suspendisset. Haud multo post ideo ex urbe Blesis, in qua tunc Marotus versabatur, aufugere jamque provincia Navarri relicta in exilium ire, regiones externas petere et in Italiam se recipere coactus est, ne in vincula conjiceretur. Tunc æmuli et omnes qui priscis institutis inserviebant, valde gaudentes quod Clemens de illo loco dejectus fuerat in quo amicitia favoreque Francisci et Margaritæ detinebatur, partibus factis, ne in patriam et in officium regia in aula redintegraretur omnibus viis contenderunt. Sed ex inimicis illis qui, sævissimo odio exardentes, poetam absentem gravioribus injuriis onerare atrociusque criminari non dubitaverunt, Sorbonæ doctores fuerunt at præsertim Sagontus [2] qui-

vieux pot. » Cela regardoit la maistresse du Roy, duchesse d'Estampes, laquelle se voullut vanger de Marot ; les femmes ne perdent pas la memoire des traits piquans qu'on a lancés contre elles. Si l'on adjouste foy à un autheur moderne, Marot fut banny du royaume et des bonnes grâces de son roy pour avoir composé des vers trop libres contre les gens d'Eglise... » (Colletet, article Clément Marot.)

[1] « Au mois de novembre 1534, on affiche au Louvre des placarts injurieux à la religion et au Saint-Sacrement, et l'on sème des billets dans la chambre du roy François Ier. Clément Marot, qui étoit à Blois, se retire en Navarre et ensuite en Italie. » *Chronologie* de Langlet, edit. Jannet, t. IV, p. 213.

[2] Quod et opinatur eruditissimus Guiffrey qui Maroti poemata, apud Claye librarium, nuper edidit.

dam, insana tantummodo ambitione et atroci in Marotum invidia notabilis.

Franciscus Sagontus, vel Sagontinus, ut quidam nominant, in urbe Rotomago natus, ab epistolis erat Felicis de Brie, Sancti Ebroul, in Normannia, abbatis[1]. Sibi ipsi « Indigentis sapientiæ » cognomen suscipiens, nulla re alia nisi condendis plerumque incomptis carminibus inclaruit. Hujus enim præcepti immemor : « Non mediocribus licet esse poetis », versus innumeros in publicum, a millesimo quingentesimo tricesimo et secundo anno ad Henrici secundi regni finem edere non desiit. Peritior autem erat, ut unus ex ipsius amicis refert, latina quam gallica lingua disponendi versus :

> Quant à moy, je di bien souvent
> Que Marot n'est pas si sçavant
> Que Sagon en langue latine ;
> Aussy la veine sagontine
> N'a la douceur de nostre langue,
> Soit en epistre ou en harangue,
> Telle que Marot...
> (*Le different de Cl. Marot et de François Sagon*, édit. La Haye, p. 568.)

Quum enim se Cretini, insignis ineuntis hujus sæculi poetæ, discipulum profiteretur, laudatorque artis esset qua et hic et amici ad componen-

[1] *Bibliothèque française* de l'abbé Goujet, article François Sagon, t. XI, p. 86 et seq.

dos versus usi fuerant, omnibus illis adversabatur qui Parnassi gallici leges mutare vel aliquantulum renovare tentabant. Quid vero de illius indole dicam? Quum procul a Lutetia regiaque aula plerosque ætatis dies degeret ingeniumque natura obtusum et inurbanum sortitus esset, Parisiorum poetarum licentiam aversatus, mores qui in provinciis vigebant laudibus extollere non desinebat. Sed immodica ambitione incitatus civesque suos frustra ad sententiam suam adducere conatus, omnem diligentiam animique vigorem in intimis animi cupidinibus celandis primum adhibuit. Clementis idcirco amicus, hunc sæpius audiebat ab illoque de poetica arte præcepta libenter accipiebat. Quin imo eum cum poeta regali in aulam vel Francisci primi vel Margaritæ venire, ibique colloquiorum participem esse juvabat. Accepimus etiam Sagontum, quum regis virtutes carmine celebrare cuperet, a Maroti musa nonnihil præsidii petisse, sicut Fripelippeus, Sagontum ipsum interpellans, exclamat :

Vrayment il me vient souvenir,
Qu'un jour vers luy te vy venir
Pour un chant royal lui monstrer
Et le prias de l'accoustrer,
Car il ne valloit pas un œuf.
Quand il l'eust refait tout de neuf,
A Rouan en gaignas (povre homme)

D'argent quelque petite somme,
Qui bien à propos te survint.
(*Fripelippes à Sagon,* epist 51°, 1537.)

Quod forsan magis mirum videbitur, Sagontus pedem laudandum tunc acceperat, quum Marotus et amici omnia corporis humani membra versibus notanda illustrandaque susceperunt.

Olim vero quum in urbem Alercium ambo poetæ venissent, reginamque ad Margaritam cum quibusdam aulicis se contulissent, et per vireta amœna quibus castellum cingebatur, ambulantes, inter se verba sererent, sermo de christiana religione forte incidit. Tunc Marotus, ob innatam linguæ intemperantiam, libere dicere et in ludibrium quædam sacra vertere ausus est. At Sagontus, jam iræ impotens, hunc tam acerba voce reprehendere cœpit ut Marotus, gladio stricto, in illum irruens, sane pectus transfodisset, nisi amici supervenientes Sagontum tutum in locum abduxissent. Hic, in præsenti quidem, injuriæ immemor esse visus, nullam ab inimico hujus facti pœnam repetere tentavit.

§ I.

SAGONTUS EDIT LIBELLUM QUEM GALLICE INSCRIBIT : *Le coup d'Essay.*

Vix autem Clemens exul e Gallia in Italiam pervenit, tum Sagontus, « rabie agitatus edaci atque Sagontina discruciatus fame, » ut ait Christophorus Richerius, socios quærere, consilia machinari, in poetam regium iras omnium concitare, omnem denique rationem vel iniquam excogitare ut Marotus in patriam recipi nunquam posset. Sed iste qui sibi ipsi nomen latinum « Maromastix » videlicet, fingere non dubitavit, paucos invenit qui vesanæ hujus conjurationis consortes esse vellent. Quidam tantum poetæ ignobiles et ambitiosi, vel homines religione pusilla flagrantes cum illo in societatem venire non dubitaverunt, ut hos omittam qui, haud absimiles vili fucorum gregi, circa favos apum volitant ad quidquam optatissimi deorum cibi subripiendum.

> Mons parturibat, gemitus immanes edens,
> At ille murem peperit.
>
> (PHÈDRE, l. IV, fab. 18°.)

Vel ut gallice loquar, sicut et Sagontus ipse apud Carolum Fontanum :

Certainement quand bien je y pense,
Souvent m'advient ce que fol pense.
La verité or me semont
Croyre que ressemble à ce mont
Qui jadis s'enfla tellement,
Que lors le monde creut vrayment
Qu'il en sortiroit à puissance
Mainte chose d'esbahyssance
(O chose digne de grand ris)
Il n'en sortit qu'une souris.

(*Testament de Sagouin*, par Ch. DE LA FONTAINE.)

Sed qui cæteros sua et invidia in Marotum et ambitione antecessit fuit Huetus quidam, e gente Andecavorum. Hic, sacerdos, ab epistolis erat ducis Vendocini. Qui magna famæ cupiditate laborans at non singulari ingenio præclarus, quum Maroti et res et verba se moleste ferre contenderet, hunc poetam in exilium ejectum esse valde lætatus est. Dum igitur Sagontus ad id arrogantiæ devenerat ut poetæ regii nomen et titulum captaret, Huetus, licet jam natu grandis, munus quo Francisci in aula Marotus fuerat decoratus, scilicet a cubiculo, sibi ipse repetere ausus est :

L'autre,
Un Huet de sotte grâce,
Lequel voulut voler la place
De l'absent : mais le demandeur
Eust affaire à un entendeur.

(*Fripelippes à Sagon*, 1537.)

Sed rex et Margarita soror Maroti, quamvis lingua intemperanti sæpius esset, amantes, adeo non homines illos indoctos maleficosque excepe-runt, ut audaciam ludibrio habentes, et illos et preces respuerint. Unde his crevit et odium et ira : idcirco quum cognoverant poetam exulem qui, contra quorumdam opinionem, magno pa-triæ desiderio teneretur, non solum ad regem scripsisse ut in Galliam Lutetiamque in urbem remeare posset, sed et ad Delphinum aliosque principes regios, hunc ita invidiose criminandi consilium inierunt ut eum in perpetuum cuncti vel fautores exsecrarentur.

Namque Marotus, quamvis a duce Fori Alieni, at præsertim ab hujus uxore, principe regia Re-nata [1], benignissime exceptus fuisset, et in hac aula societateque placidam ætatem degeret, ægre ferebat cives sui immemores nihil tentare ut in patriam revocaretur. Itaque ad Franciscum pri-mum ipse epistolam, versibus gallicis scriptam, miserat, in qua falsa de se dicta probans nobi-lesque regis virtutes celebrans eum, ut ipsius amicum se dici sineret continuoque esse orabat.

[1] Cujus connubium præclarissimo carmine (anno 1528) celebrave-rat. — Chant nuptial du mariage de madame Renée avec le duc de Ferrare :

> Qui est ce duc venu nouvellement
> En si bel ordre et riche à l'advantage...

(T. II, p. 85, edit. Jannet.)

Jam ad Delphinum confugiens ab illo petebat ut, pro se carissimi patris indulgentiam implorans, fidem ab eo impetraret quæ, data in tempus, libertatem filios amicosque paulisper revisendi concederet. Quæ omnia inimicorum iracundiam adeo incitaverunt ut Sagontus, concilio amicorum convocato, quid sit quidque agendum putet exponit. Comprobant omnes ; Sagontus ipse ad principes eosdem, quorum ad benevolentiam confugerat Marotus, versibus (heu ! quam pravis et inconditis versibus !) rescribere audet.

Hæc autem omnia carmina, gallica lingua scripta, ab auctore ipso collecta sunt, jamque divulgata et ab æquævis servata, ad nos sub hoc titulo pervenerunt : *Le Coup d'Essay de François de Sagon*[1].

Unde nobis perspicere licet quam invidioso ambitiosoque animo agitaretur Sagontus. Hic enim, sibi religionis virtutisque patrocinium arrogans, per speciem sacras Christi leges probosque mores tuendi, tam acri famæ quam ultionis cupiditate ardebat.

Post libelli subdolam regi christianissimo de-

[1] « *Le coup d'essay de François de Sagon*, secretaire de l'abbé de Sainct-Ebvroul. Contenant la responce à deux epistres de Clement Marot, retiré à Ferrare, l'une addressante au Roy Tres-Chrestien, l'autre à deux damoiselles sœurs. Avec une epistre faicte par icelluy secretaire aux trois princes et enfans de France, et deux chantz royaulx en la fin. L'autre à la confusion de l'oppinion perverse d'aucuns modernes. Le tout addressé par prologue au roy. »

dicationem, responsum legimus ad epistolam Maroti ipsam, in quo acerbissimis vehementissimisque injuriis hunc onerans, ut meliora sanctioraque sequatur hortari non dubitat. Cum vero ad id audaciæ descendisset ut ad duas Clementis sorores, fratris exilium lugentes carmen quoddam satiricum scriberet, id ad regis Francisci sorores offerendum curavit. At pro pudor ! Quo tutius versus quos composuerat tribus principibus, e loco regio ortis, pervenire possent, eos ad Clementis patronam, ad præclaram scilicet Navarri reginam misit. Postquam autem cantu regali Francisci primi, eum ad se omnino alliciendi causa, victorias et virtutes celebrare ausus est, quatuor argumentis e natura sumptis insanos, ut ait, Lutherianorum errores refellere conatur : quam confutationem ad regem Christianum, Sagontinæ fidei sub nomine, dedicare non dubitat [1].

Marotus quidem, licet absens, de atrocibus injuriis et de falsis criminibus quæ passim in se ab inimicis vulgarentur certior factus erat, atta-

[1] « Dans ces épitres anti-marotiques, Sagon accuse son adversaire d'hypocrisie, de mauvaise foi, d'irréligion, de médisance, de calomnie même. Il y joue également le personnage de moraliste, de controversiste, de censeur et de satyrique. L'emportement le fait souvent extravaguer, et il gaste jusqu'aux vérités qu'il presche par l'aigreur avec laquelle il les débite, et les injures grossières qu'il y mêle. Il né craint pas même de vouloir enlever à Marot son génie poëtique. » (*Bibliothèque française* de l'abbé Goujet, Versailles, 1747, t. XI, p. 87.)

men, etsi quidam historiarum scriptores contenderent, nihil seu ad accusationes luendas seu ad clementiam aulicorum implorandam tentavit. Qui, quamvis a furibundo Sycophanta pluribusque Zoilis se blasphemiæ insimulari maledictisque lacerari audiret, ne nomina quidem illorum, dum erat exul, suis unquam carminibus designavit. Toties enim se Francisco regi deditum devotumque esse probarat, tam multos inter regis hujus familiares sibi amicos esse sciebat ut non solum criminationes quas homines isti malo et procaci ingenio afferebant, vanas et irritas fore pro certo haberet, sed se etiam in patriam mox revocatum iri confideret.

Tantum vero moræ allatum est ad preces exaudiendas ut Marotus de immemori suorum animo non semel ad amicum Jamet questus fuerit in epistolis illis quæ gallice inscriptæ sunt : *Du coq à l'asne à Lyon Jamet*, quarum in secunda legimus :

> Touche là : je suis en esmoy
> Des froidz amys que j'ay en France.
> Mais je trouve que c'est outrance
> Que l'un a trop et l'autre rien.
> (2e epist. : *Du coq à l'asne à Lyon Jamet*, 1535.)

Quod sane venia dignum est ; quisque enim, a patria in regiones longinquas relegatus, se in oblivione apud omnes esse putat si epistola modo

exoptata ad diem dictam non pervenerit. Quid vero existimandum de viro qui non solum procul a cognatis amicisque vitam consumere cogebatur, sed inimicos etiam infanda in se crimina continuo contexere sciebat? Nonnulli tamen poetam exulem adeo ignave lacerari indigne ferentes, hujus partes fortiter susceperunt, inter quos Carolus Fontanus, qui mordaci acrique carmine Sagonto Huetoque respondit gallice dicens :

Celuy est sot qui son imparfaict œuvre
A toutes gens impudemment descœuvre.
Plusieurs sçavans disent : « Qui sont ces veaulx
Qui à rithmer se rompent les cerveaulx ?

Vel alias :

Facilement et sans prendre grand soing
On dict du mal de celuy qui est loing,
Que l'on pourroit avoir en reverence
Pour son sçavoir quand il est en presence.

Vel latine :

Dic mihi, Sagunti, quæ te dementia cepit?
Quæ tam atrox rabies te tibi surripuit?

Bonaventura des Perriers, Cubiculi reginæ Margaritæ minister, pro Maroto absente in Sagontum versus et ipse scribere non dubitavit, in quibus hujus inglorii poetæ maledicta reprehendens et exagitans, indignatur quod :

Une plume orde, et envenimée,
Plume d'arpye, ou de quelque chouette,
Vole et poursuyt du souverain Poete
Maro Françoys le renom invincible ;
Vela de quoy. Mais est-il bien possible
Que Sagon ait ung si lasche et vain cœur
Que par mesdire il vueille estre vainqueur
Du grand poëte, apres lequel il chasse ?

Quid dicam de Christophori Richerii in eumdem Sagontum epigrammate ? aut de Jani Parrhasii, poetæ senogalliensis, carmine phalæcio, qui

In primis lepidum et pium Marotum,
Vatem regium et aureum tuetur,
De Musis bene gallicis merentem,
Dum exertis malè dentibus lacessit
Absentem Cerritus misellus unum
Defensore pio pium carentem...

§ II.

FRIPELIPPEUS, MAROTI REDUCIS FAMULUS, SAGONTO PRO DOMINO RESPONSUM DAT. — FRIPELIPPEI GENEALOGIA A SAGONTINIS COMPONITUR.

Tandem finiente millesimo quingentesimo tricesimo et sexto anno, Maroto pedem in patriam

referre licuit[1]. Primis quidem temporibus, poeta, lætitia elatus, Sagonti sociorumque immemor esse visus fuit; quod manifestum est non modo cantu « *Le Dieu gard à la court* » in quo pro reditu gratias Francisco regi Margaritæque agens, omnium Galliæ principum virtutes laudat[2], sed his quoque versibus quibus adversarius Sagontus dicit :

Mais respondz moy homme sans apparence
Propre à blasmer ung autre en son absence,
Que ne tenoit Marot à ton advis
Ces beaulx propos alors que vis à vis
Mon maistre et lui au pont Saint-Clou se veirent ?
C'est puys deux moys, tu sçais qu'ilz s'entredirent.
(*Le rabais du caquet de Marot.*)

Quum autem amici, undique confluentes, Marotum reducem laudibus extollerent, inter quos Magister, Nicolaus Glotelet, in hac apologia versibus gallicis scripta :

Chanter convient, o la muse des muses
Calliope : plus n'est tems que t'amuses
A deplorer de ton Marot l'absence...

[1] « C'est Sagon qui imagina l'abjuration de Marot à Lyon. Où Langlet, dit Haag, a-t-il vu que tout Lyon y a assisté ? » — « Rabelais, ajoute Haag, prit la défense de l'ami absent, et le retour du poète fut fêté par tous. » (Haag, *article Marot.*) — Marotus quidem nihil de ea re dixit.

[2] Hoc quoque Maroti epigramma exstat :

Si le roy seul, sans aucun y commettre,
Met tout l'estat de sa maison à point...
(Edit. Jannet, t. III, p. 73.)

Changer te fault en rys tes larmes d'œil :
Car le voycy, le voycy de retour... ;

quumque se in aula gratiosiorem quam antea sensit Clemens, nonnullis sane faces ad iram subdentibus, injuriæ vindictam protervo ab inimico quærere statuit. Quem vero minoris faciens quam ut cum ipso certamen palam inire vellet, famulum sibi esse finxit qui pœnas pro domino repetere suscipiens, Sagonto epistolam gallicis versibus compositam misit. Hæc, quam Christophorus Richerius, Maroti amicus, hoc mordaci procœmio decoravit :

Vah ! Qui Clementem furioso dente fatigas,
Et dira laudes improbitate petis.
Dî tibi dent Furias, rabieque agiteris edaci
Atque Saguntina discruciere fame.

ad nos pervenit sub hoc titulo : « Fripelippes, secretaire de Clement Marot à François Sagon, secretaire de l'abbé de Saint-Evroul. »

Hoc in poemate quod millesimo quingentesimo tricesimo et septimo anno ineunte datum est, ille Maroti famulus, ne Marotum ipsum dicam, accurate excipere incipit et sic secernit omnes illos quos Musarum vere alumnos esse judicat a vili malorum poetarum grege qui ad Parnassum pervenire tentant :

Je ne voy point qu'un sainct Gelais,
Ung Heroet, ung Rabelais,

Ung Brodeaux, ung Sceve, ung Chappuy
Voysent escripvant contre luy.
Ne Papillon pas ne le poinct,
Ne Tenot ne le temne point.
Mais bien ung tas de jeunes Veaux
Ung tas de Rimasseurs nouveaux
Qui cuydent eslever leur nom
Blasmant les hommes de renom...

(*Fripelippes*, vers 4 et seq.)

Jamque a Sagonto, hoc malesano poeta, quem inter bestias istas quæ, per prata pascentes, asinis longo servitio defessis haud absimiles videntur, numerari deceat, petit qua mente mala incitatus vatem illum quem Galliæ vatum principem omnes existimant, tam audacter lacessere non dubitaverit, et de indocta hujus Huetique amici musa festive jocans eamque contemnens, lepide irridet quod Marotum in Galliam nunquam rediturum confisus fuerit iste :

Et quand tes escripts adressas
Au roy, tant excellent poete,
Il me souvient d'une chouette
Devant le rossignol chantant
Ou d'un oyson se presentant
Devant le cygne pour chanter.

(*Fripelippes*, vers 140 et seq.)

Denique Sagontum, cognomine Sagouinum, cui ingratissimum animum vitio vertit ad dorsum verberibus præbendum invitat, eumque et socios ineptos detestatus ut jam sævissima nequitiæ

supplicia dent ferventer optat. Post hoc famuli Fripelippei carmen, Hendecasyllabum latinum legimus, quod in linguam gallicam transcripsit Carolus Fontanus; hujus autem hendecasyllabi, cujus auctorem Fontanus non designat, finis notanda mihi potius videtur quam gallici versus qui nullo nitore valent :

Eheu ! quid tibi jam putas futurum
Ingens ardelio ? Putas Maroti
Numen vel levius, vel esse vires
Infra id, quod muliebre robur egit ?
Non jam corporeis, miselle, ocellis
Sed demens capiere luce mentis.

Quibus versibus, quum a Maroto pleraque probra crimini jure darentur, immanis apud inimicum ira concitata est, idcirco Sagontus nihil non tentans ut omnes Gallos poetas, at aulicos præsertim in Clementem accenderet, hunc blanditiis sollicitare, hunc per amicos ad se allicere conatur. Undique socios novos quærens, cunctis aliquid odii et iræ inspirare vult, jamque fervet Parnassus omnis gallicus. Quis autem animi ingenui vocibus istis malevolis et lividis aurem attentam præbere voluisset ? Etenim illi ex æquævis qui se Musarum alumnos esse vere profiteri audebant, meliore opinione majoreque laude ingenium et nomen Maroti dignum habebant quam ut stolido cum Sagonto societatem facerent. Hic

ideo, præter hos quos supra dixi, neminem furoris participem invenit nisi homines qui, cuique elatiore ingenio præstanti invidentes, immodica et inconsulta ambitione laborant et quacunque via vel ad honores vel ad Parnassum pervenire cupiunt [1].

Consiliis autem ejus illi tantum faverunt qui, tarda obtusaque mente præditi priscisve moribus inservientes, quidquid novi et inauditi proferatur malum esse judicant, ne dicam turbam ardelionum istam qui, pravis optimatum cupidinibus blandientes, nulla re in alia nisi in rixis continuo concitandis ætatem consumunt.

Videres igitur duas partes, in Parnasso gallico, tunc inter se luctantes ! Sed non solum prisci amici, in fide permanentes, palam Maroti familiaritate continuo uti non dubitaverunt [2], Carolusque Fontanus, Janus Parrhasius et Bonaven-

[1] « A peine rentré en France, il vit se former contre lui une ligue d'une nouvelle espèce, celle des gens de lettres qui le comptaient déjà pour mort, et se flattaient de lui succéder dans la faveur du Roi et du public. Toute cette petite race envieuse, bruyante, affamée, qui bourdonne comme une nuée d'insectes autour des grandes réputations, se rua sur lui. Elle avait pour chefs Huet et Sagon, zoiles de bas étage, auxquels l'inimitié d'un écrivain fameux vaut parfois l'immortalité du ridicule. » LENIENT, *La satire en France*, p. 27.

[2] SAINTE-BEUVE, *La poësie française au* XVI[e] *siècle :* « Sagon et la Hueterie n'excitèrent qu'une clameur d'indignation quand ils osèrent l'attaquer durant son exil à Ferrare, et tous les illustres d'alors se croisèrent contre eux pour la défense d'un ami et d'un maître absent et cette sympathie dura quand il fut de retour ; il était trop naïvement de son siècle pour n'en être pas goûté... »

tura des Perriers, ut alios poetas taceam qui insigni fama apud æquævos vigentes, amici absentis causam defenderant, et nunc adhuc ad præsidium illi reduci afferendum præsto erant, sed etiam Mellinus Sangelasius qui, a Sagonto frustra sollicitatus, poema jam edidit in quo verbis lepidis acutisque sycophantæ nequitiam reprehendens, se Clementis amicum propalam dixit :

Tu te plains, ami, grandement
Qu'en mes vers j'ay loüé Clement
Et que je n'ay rien dit de toy.
Comment veux-tu que je m'amuse
A louer ny toy, ny ta muse ?
Tu le fais cent fois mieux que moy.

(*A un importun*, 5e sixain.)

Et alias :

Je vy n'aguere un des plus beaux combats
Qu'il est possible, et vault bien qu'on le scache.
Un milan vit un chat dormant en bas,
Si fond sur luy, et du poil luy arrache ;
Le chat s'eveille et au milan s'attache
Si vivement et l'estraint si tres-fort,
Que le milan faisant tout son effort
De s'envoler, se tint près a la prise...

(*Ballade de Mellin de Saint-Gelais au nom de C. Marot contre Sagon*, édit. du Fresnoy, t. III, p. 487.)

Pauci igitur poetæ imperiti indoctique cum Sagonto in consortium venire non noluerant. In primis Matheus e Boutigny, Matheusque e Vaucelles, alter ab epistolis, alter Sagonti ipsius familiaris-

simus, designandi sunt. Quid autem dicam non solum de Francisco Denisot Cenomano Nicolaoque hujus fratre qui « d'Alsinois » cognonem sibi arrogabat, sed etiam de Francisco Roussin Johanneque Huguerio quos hæc tantum inter Marotum et Sagontum controversia notabiles fecit. Non sane omittendus est Johannes iste Leblond, unus inter optimates e Normannia, qui in Clementem Marotum dum in Italia exsularet, nescio qua de re percitus ira, duas epistolas composuit quas Francisco regi perferendas curaverat.

Quid vero propositi malis isti poetis esse posset, nisi injuriis injuriarum pœnas ab adversario repetere ? In vulgus igitur mox profertur novum poema gallica lingua compositum inscriptumque : *La grande généalogie de Frippelipes, avec une Epistre, adressant le tout à François Sagon.* Hujus autem poematis auctor fuit quidam, cognomine poeta campestris. Quis autem fuerit hic poeta campestris non conveniebat inter omnes Maroti amicos. Etenim verisimilius eis videbatur hanc genealogiam, cujus versus incompti, triviales nulloque nitore eximii sunt, a quodam Mathæo e Vaucelles, Cenomano, scriptam esse qui, Sagonto conjunctissimus atque amicissimus, poetæ campestris nomen sibi sæpius arrogaverat. Namque hoc de *genealogia Fripelippei* poema sequitur epistola quam Maroto, cognomine Fri-

pelippeo mittit Huetus : quam putabant supervacuam fuisse si, illorum ex opinione, Huetus ipse genealogiam illam confecisset. Quotiescumque autem Marotus et amici Franciscus Gaucher, Germanusque Bucher, ut alios taceam, de adversariis loquuntur, illos tres esse significant quum et ad Sagontum et ad Huetum et ad poetam campestrem se versus, in prooemii modum, mittere dicunt. Carolus vero Fontanus, Hueto responsum dans, eum de responso ad Marotum, cognomine Fripelippeum, at non de genealogia reprehendit et vituperat :

Je pensoys bien estre en Faerie,
Quant on me dict que Hueterie
Avoit esté si fol d'oser
(O le picquebœuf) composer
Contre Clement une responce
Plus maigre que pierre de ponce.

Apud Claudium Collet, cognomine Daluce Locet, causam pro Maroto dicentem, hæc legimus :

Vela de quoy pourront servir les vers
De ce Huet si sotz et si divers.
Ung aultre en as qu'on devroit mener paistre
Qui se surnomme et dit poëte champestre,
Qui monstre bien que sa sotte escripture
Ne sent rien fors que l'herbe et la pasture.

Franciscus denique Ferrandus, Maroti amicus, Sagontum, Huetum et campestrem poetam com-

pellans, eos acerbis his versibus latinis increpat :

Campestris vates (modo sit fas dicere vatem
Te stupidum) haud musas, sed cole rura, precor,
Admoneasque tui similes, Huetumque, Sagontum,
Indoctos vates, litibus abstineant.

Quare Clementi et amicis apparebat a Matheo e Vaucelles, eodemque typographo et librario, qui magnæ laudis et famæ cupidissimus esset, hanc genealogiam editam fuisse quæ, cæterum abjectis fœdisque conviciis tantummodo conspicua, nullam gloriam auctori afferre debuit ; ex exordio enim hujus poematis judicare licet : « *la grande plus inclite et très amirable genealogie du magnanime Fripelippes, avec la Cronicque :*

L'an et le jour que l'on menoit les veaulx
Pour paistre aux champs les gens estoient nouveaulx,
Frittetrippe enamoura Marmotte...

His tamen omnibus non assentiendum mihi videtur, at potius censeo rectius esse illorum opinionem sequi qui Huetum poetæ campestris personam suscepisse existimant. Namque paucos non solum Sagontus invenire potuerat qui invidiæ et ambitionis consortes fieri non nollent, sed plerisque etiam et Maroti et Sagonti amicis prudentius solertiusve videbatur nomen suum in vulgus non efferri ; quod ex nonnullis quoque

Clementis discipulorum carminibus manifestum est, quorum auctores non noverant adversarii :

Fault-il sans raison réclamer
Le juste, et non l'errant, blasmer
Comme a faict ung rymeur novice
Par un escript tout plein de vice...
Ce sot rymeur, ce Jehan le veau
Qui ne sceust onc escripre ou dire
Ung mot, ou n'y eust à redire ?
Il vault mieulx avec son deffault
Le laisser là pource qu'il vault...
(*Rondeau* de BOUTIGNY à Rouen, 1538.)

Quibus alluditur Rescripto quod ad Sagontum missum est a Clementis amico at qui nomen non dedit. Quid mirum igitur quod Huetus campestris poetæ titulum sibi sumpserit ! Gravissimus autem testis ex quo hunc et campestrem pœtam fuisse jure affirmare possumus, est abbas ille Conardiæ, Sagonti amicus et civis. Hic enim Sagontum in convivium suum introductum, hæc verba expromentem fecit :

Cestuy Huet s'est dit Poete champestre,
Quoiqu'il fut digne de mener paistre :
C'estoit celluy (la vérité vous dy)
Qui me rendoit tant fol et estourdy.
(BANCQUET D'HONNEUR.)

Quam genealogiam sequitur responsum ad Marotum, cognomine Fripelippeum et ad magistrum Clementem, ab Hueto datum, 1537. In quo Huetus, indoctus procaxque iste poeta, de Maroto

jocari tentans, se poetæ regalis improbe factis dictisve incitatum fateri non dubitat ad officium ab epistolis Francisci in aula captandum. Postquam omnibus criminibus inimicum oneravit, egregiam ejus musam non modo carpit et vituperat, sed omnium etiam odium in hunc hujusque in opera concitare audet.

§ III.

MAROTI RESCRIPTUM, CUI SAGONTUS HOC CARMINE : « LE RABAIS DU CAQUET DE FRIPELIPPES » RESPONSUM MITTIT. DE QUIBUSDAM DISCIPULORUM AMICORUMVE POEMATIBUS.

Facile intelligi potest quanta indignatio ex his contumeliis auditis lectisve apud Maroti familiares et amicos orta sit. Idcirco inter illos convenit ut quidquam responsi mitteretur quod gallice inscriptum fuit : *Rescript à François Sagon et au jeune poète Champestre, facteur de la genealogie de Fripelippes.* Hujus autem carminis quis fuerit auctor ? Nomen non solum ad nos non pervenit, sed ne a Sagontinis quidem notum erat, ut manifestum est ex his versibus :

Comme a faict ung rymeur novice
Par un écript tout plein de vice...
(*Estrenne* de BOUTIGNY, 1538.)

Quidquid id est, in his versibus, mordaci musa conspicuis, Sagontus in ludibrium facete lepideque vertitur; sed nulla re alia apud inimicos major ira concitata fuit quam brevi poemate quod rescripto subscripsit Marotus :

Qu'on maine aux champs ce coquardeau
Lequel gaste (quand il compose)
Raison, mesure et texte et glose,
Soit en balade, ou en rondeau :
Il n'a cervelle ne cerveau...

Post hoc poema translatos invenimus satiricos versus quos Ludovicus quidam Pratin ad Sagontum sub hoc titulo misit : *La deffence des escriptz de Sagon a luy envoyee pour estreines de par Loys Pratin* epigrammaque a Petro Rozet compositum. Qui fuerint hi poetæ me quidem fugit quum de eis nihil aliud ad nos pervenerit : quorum unus, Pratin scilicet, Sagonti scripta adeo utilia esse dicit ut affirmet :

Je allegueray tous les libraires
Qui pour les livres relier
En collent leurs ais de papier,
Espissiers, vendeurs de triacle
De telz escriptz font tabernacle;
Pour couvrir drogues salutaires
Aussi font les apothicaires...

Aussi entre vous beurrieres
Ne cherchez point d'autres manieres
De vostre beurre manier,
Sagon vous fournist de papier...
(Vers 30e et seq.)

Jamque Sagontum asino vitulove similem esse declarans auctor, hujus illepidam musam reprehendit acerbissimeque vituperat.

Inter alia Sagonto Petrus Rozet dicit :

Car mesdire, mieulx que monoye
Tu aymes, ton cueur plain denvie
Ne veult pas bien, dont je mesmoye,
Au mieulx rithmant qui soit en vie.
(Vers 4e et seq.)

Nihil vero insulsos ineptosque homines magis irritat et movet quam contumeliosæ voces subtilesve joci. Adeo non Sagonti discipuli elingues facti sunt ut, cum adversariorum exemplum imitari contenderent, magistro Huetoque et poetæ campestri solatium præsidiumque afferre statuerint ; aliquid igitur rescribere quisque tentaverunt. At præcipuum inimicos refutandi munus Mathæo e Boutigny obtigit qui longo et amplo carmine : *Le Rabais du Caquet*[1] inscripto, omnia Maroti crimina diluere redarguereque conatur. Nonnulli quidem asseverant hujus poe-

[1] « *Le rabais du caquet de Fripelippes et de Marot*, dict Rat pellé, faict par Mathieu de Boutigny, paige de maistre François de Sagon, secretaire de l'abbé de Sainct-Ebvroult. »

matis auctorem fuisse Sagontum ipsum qui, cum haud secus atque Marotus agere vellet, suos versus a famulo compositos editosque finxit. Daluce autem Locet, id est Claudius Collet, Clementis amicus, quadam in epistola ait Sagontum, cum per se ipsum responsum dare non auderet, ab amici musà auxilium implorasse ut ab æmulo pœnas repetere posset. Ego vero satius existimandum puto utriusque hoc opus fuisse ; quid mirum ! Sagontus enim et Mathæus, vesana ambitione laborantes singularique amicitia jamdudum conjuncti, cum haud absimili invidia Marotum oderint et exsecrarentur, mutua opera hunc opprimere adorti sunt. Quid autem novi ardeliones isti procaces excogitare poterant nisi velut resarcire denuoque in vulgus illas proferre injurias et accusationes quæ, sæpius iteratæ, adeo insanæ insulsæque videntur ut legenti nihil aliud nisi fastidium et contemptionem afferre queant. Sed tota mente ad id præsertim incubuit poematis auctor, ad quemque hujus ætatis conspicuum vatem sibi conciliandum : iterum atque iterum omnibus illecebris poetas alliciens, nunc eximiam horum musam extollit, si non Sagontus, at ipsius famulus :

Je ne vueil pas rabaisser les credictz
Des excellens par toy nommez et dictz
De Saint-Gelais, Herouet, Chappuy, Sceve,

Ces quatre icy ne sont folz estourdys
Comme ton maistre : obstiné en mesdiz...
Je passeray avec louenge brefve
Tous les derniers, sans m'arrester au nom,
On sçait assez que ces huyt ont renom...
(Le paige de Sagon, *Rabais*..., vers 57ᵉ et seq.)

nunc præclarum magistri ingenium celebrans, dum Maroti amicos facetiis insectatur, omnes alios camœnarum comites hortatur ut, secum fœdere icto, arma capiant Clementemque telis obruere non dubitent :

Venez au combat serpentin,
Quictant le ruisseau argentin,
Vivans poetes d'excellence
Venez appaiser l'insolence
Ou vueillez imposer silence
A Fripelippes Marotin... (*Rabais*.)

Quisque autem Sagonti discipulus gloriosum, in hac occasione, aliquid versificare existimans, magistro suo auxiliandi causa, carmen quoddam animo libenti prolixoque condidit, jamque in vulgus innumeri versus sunt emissi. Quid dicam de poematibus lingua latina scriptis a Nicolao Denisot, Cenomano, Johanneve Huguerio, quorum alter eum qui scripsit in Sagontum, poetam gallum, increpans : « Unde furor, ab illo petit, quæ nam improbitas rabiesve ? tibi ne hoc

Persuasere suis Eumenides furiis,
Illius ut rabido divertas carmine nomen

Cui musæ et charites nil nisi grande ferant.
O injuria, famoso famosa libello,
Quid tibi vis, quæso ?...

alter in Fripelippeum vociferans :

Stulte, inquit, Saguntinum tentas qui ledere nomen,
Dixeris ex ipso nil quod carbone notandum...
Quisquis es audeto doctum accusare poetam,
Dum tibi sit probitas et par constantia morum.

Non sane elatioribus, licet gallicis, versibus Franciscus Roussin Mathæo e Boutigny gratulatur quod Sagonto præsidium afferens, Maroti errores refellere coarguereque non dubitaverit.

Marotus quidem et amici tot insulsis pœtis aliquid responsi dare non pro dignitate sua credentes, quum autem hos omnes a Sagonto Huetoque incitatos persuasum haberent, horum tantum arrogantiam confutare decreverunt. Scriptum est ideo poema quod, Lutetiæ, anno 1537, impressum, hoc titulo vulgatum est : *Epistre responsive au Rabais de Sagon* (v. edit. la Haye, p. 473), cujusque hoc est exordium :

Sagon, je n'eusse pas pensé
Que tu te feusses avancé
De faire une telle responce
Où il n'y a une seule once
De jugement de bon cerveau.
L'on te peult mieulx estimer veau
Que l'on ne feit onc sur ma foy :
Car l'esperit qui est en toy
Par ton escript bien nous demonstre
Que tu es en nature un monstre...

Hoc vero poema quod a nullo eorum, qui cuncta Maroti opera ediderunt, relatum est, a Maroto ipso compositum esse affirmat abbas Goujet in illo libello quem de præcipuis sexti et decimi sæculi poetis protulit [1]. Haud indigni sane Maroti musa hujus epistolæ versus mihi videntur quibus incompta Sagonti carmina jure castigantur vitioque dantur :

Car encore que ta nature
Comme on voit par son escripture,
Soit aussi loin de Poësie
Comme Paris est loing d'Asie,
Ce nonobstant malignité,
Gloire, envie t'ont incité
Et ministré entierement
Les vers que feis premierement.
Secondement ire et desdaing...
Ont armé ton infect courage
D'une poesie oultragée,
D'une poesie enragée...

Claudius autem Collet, cognomine Daluce Locet, Clementis amicus, quum tam eximium poetam ab ita ineptis inimicis lacerari ægre pateretur, carmen et ipse confecit in quo Sagontum amicosque acriter improbans, nunc protervam hujus mentem acerbissimis versibus carpit et vituperat, nunc audaciam ambitionemque ludibrio

[1] « Assurément Sagon n'a pas eu l'adresse de Marot, de faire d'un simple valet un poëte ingénieux, et Marot en jugea fort sainement dans la réponse qu'il y fit, et qu'elle ne méritoit pas. » (Tome XI.)

dat : « *Remonstrance à Sagon, à la Hueterie et au poëte champestre par maistre Daluce Locet, Pamanchoys :*

Povre Sagon, en quel lieu t'es-tu mis ?
Tu as acquis cinq cens mille ennemys
Pensant avoir los et renom d'escripre
Contre Marot qui ne s'en faict que rire,
Et tes escriptz ausquelz a plusieurs motz
Tant mal assis luy servent de Marmotz,
Ou singes vieux, luy donnans passe-temps...

Sed hi præsertim notari mihi videntur versus quibus Collet ait Marotum nunquam Sagonti verbis factisve animum attendisse nisi postquam ab hoc indigne insimulatus fuit :

Pour abreger, il n'eut jamais envie
D'escripre rien de ta meschante vie
Fors quand il veid que vins à t'avanser,
De songer mal de luy et le tenser
Si sottement sans cause et sans raison,
Dont on te dict plus sot qu'un jeune oyson.
(La Haye, IV, 481.)

quibus versibus sicut et pluribus aliis omnem discordiæ certaminisque causam e Sagonto pendere perspicuum est.

Haud multo post, Germanus Nicolaus Bucher, præclarus orator et poeta, cujus frustra auxilium Sagontus non semel flagitaverat :

Vien contre ce Marot maling,
Bouchet, et toi, Germain Colin,
D'Angers et Poitiers la defense, (*Rabais.*)

adeo non huic sycophantæ facilem aurem præbere voluit, ut, cum justi rectique amantissimus esset, ab eo desciverit poemaque scripserit in quo se Maroti haud ambiguis sane dictis amicum fautoremque professus est. Postquam enim de discordia qua tunc Gallicus Parnassus miscebatur questus est, Sagonto crimini nequitiam dare non dubitat :

Sagon du tout ne me plaist point,
Car le premier il picque et point
Trop lourdement, et en l'absence
D'ung qui peult user de deffence
Telle qu'à parler par raison,
Il n'y auroit comparaison...

(*Epist. à Marot, à Sagon...*, édit. La Haye, t. IV, p. 488.)

Primum quidem, Germanus Bucher nomen suum in vulgus proferre noluerat : unde, quum quis illius poematis auctor fuisset omnibus non satis appareret, jam Sagonti ab amico hoc responsum datum est : « Responce d'ung qui ne se » nomme point à l'epistre de celluy qui ne s'est » point nommé, adressée à Marot, à Sagon et à » la Hueterie, en laquelle il blasme Sagon, disant » qu'il a commencé le débat de Marot et deluy. » Sed quam longe præstant Germani versus hujus imperiti poetæ versibus qui, haud sine causa, nomen suum non prodidit ! Quam sordida turpique invidia turget oratio ea in qua, ingenio

Maroti depresso, immodicis laudibus Sagontum illum extollere audet qui, Judicum Parisiorum Sorbonæque doctorum causam dicere non dubitans, se gallica e gente vere ortum probavit :

Sagon s'est monstré vrai Françoys,
Et toy, de quelque part que soys,
On juge à veoir ton escripture
Que tu n'as françoyse nature.

(*Epist. à Marot, à Sagon*, édit. La Haye, t. IV, p. 569.)

Undique Clementis amici, hunc sic contumeliosis dictis vexari ægre ferentes, epigrammata in Sagontum, seu gallica seu latina lingua scripserunt; sed mihi prætermittenda non videtur hæc poetæ illius epistola qui, magistro solatium afferendum existimans, duas ei fabulas misit. Harum autem fabularum auctor, cujus nomen non satis compertum habemus, postquam a Maroto ut bona venia versibus aurem præberet petivit, eum induxit ad has fabulas legendas, Viperam scilicet et Limam, Asinum et Asinarium. Quid posterioris versus non referam :

Ung asne fut jeune, sot, glorieux,
Qui veoit porter auz grandz muletz la charge ;
De ce mestier fort et laborieux
Estre voulut. Le muletier le charge
D'ung lict de camp, d'une grande malle large,
Mais il n'avoit pas l'eschine assez forte
Pour si gros faix, la povre beste est morte
En ce travail. Cela nous signifie

Que bien souvent fine de telle sorte
L'homme qui trop en sa force se fie.
(La Haye, t. IV, p. 532.)

Sed qui acerrimo animo his inter Marotum et Sagontum controversiis interfuit Carolus Fontanus est : hic singulari jamdudum cum Maroto familiaritate conjunctus, quum amicum eumdemque magistrum tanto despectui esse non tolleraret, partibus hujus strenue susceptis, omnem ingenii vigorem ad inimicos opprimendos adhibere non dubitavit; idcirco ille qui jam Hueti arrogantiam lacessiverat in poemate cujus exordium supra retulimus (pag. 18°), haud multo post in Sagontum edidit. « *La complaincte et testa-* » *ment de François Sagouin, dict Sagon, en-* » *voyé à Fripelippes, valet de Cl. Marot.* » Hoc in poemate auctor Sagontum introducit qui, postquam se in Clementem arroganter egisse sic confessus est :

Je confesse que par envie
J'ay lourdement batiffolé
(Dont à la mort suis affolé)
Contre l'honneur et reverence
De Clement le Maro de France,
Dont à genoux mercy te quier,
Poete souverain, et requier
De ta muse la grand clemence...

Maroto se adeo inferiorem declarat ut, quum pro tot et tam incomptis versibus inimici benevo-

lentiam implorare non audeat, Fripelippei, quem jam amicum sibi vindicat, gratiam flagitet sævissimaque sibi ipsi mala imprecetur :

> Monstres mauldictz, griffans griffons
> Sortez du centre et du fin fons
> D'enfer, pour me mettre à repos.
> Force est que fine mon propos
> Car contrainct suis de rendre l'âme.

Tandemque, ab omni spe derelictus, ut sepulcro suo cives titulum hunc inscribant rogitat :

> Auprès de ce tauldis gist en langueur
> Ce gros poete de foing, et plus grosse pecore
> Nommé Françoys Sagouyn, qui par sa tromperie
> Aux autres preparoit travail et fascherie :
> Mais comme vous voyez, tant mescheut à ce fol
> Que par son propre faict, s'est mis la hard au col.
> (La Haye, t. IV, p. 542.)

§ IV.

SOCIETAS, COGNOMINE *des Conards* PACI SE MEDIAM OFFERT. — DE INDUCIIS; DE PACE CONVIVIO CELEBRATA.

Ex omnibus expositis supraque relatis perspici licet quanto ardore quantaque rabie certamen initum esset, quum tot carmina, vix intra annum

unum, annum videlicet 1537, a tam multis poetis inter se luctantibus componi efferrique potuerint. Satius certe fuisset Sagontum Huetumque, quum ab inimicis tam acerbe et dire fuissent fracti repulsique, temeritatis pœnitere et, inani honorum vel laudis fame repressa, sorte modica quam sors dederat esse contentos. Sed quidam se a natura omnes qui nimia dicendi licentia redundent, comprimendi coercendique munus accepisse existimantes, quidquid novi inauditique in vulgus proferatur damnandum acriterque refrenandum putant : unde ira et furor quibus incensi fuerunt Sagontus hujusque amici. Illud vero animadvertendum est Marotum non Francisci primi modo in aula et apud Margaritam sororem gratiosum benigneque exceptum fuisse, sed etiam habuisse patronum fautoremve, ne dicam amicum aut discipulum, quemcunque, hac ætate, magno nobilique ingenio præstantem. Qui autem vel nimia ambitione esuriebant, vel vitam procul Lutetia, remotis in provinciis, degere cogebantur, quum ab hac linguæ intemperantia, qua Clemens sæpius utebatur, abhorrerent, omnia in hunc ab adversariis invidentibus divulgata inconsulte et libenter accipiebant. Sagontus igitur, quum nihil auxilii a Parisiis sperare posset, animos autem in multis Galliæ provinciis sic versatos cognosceret, ibi homines quærere statuit

qui, iræ consortes, causæ suæ favere non nollent. Quod ei, primis quidem temporibus, in promptu fuit : etenim quum in urbe ipsa Rotomago natus esset, eoque sæpissime veniret, nonnullis ibi civibus familiariter uti solebat, quos iracundiæ in participationem eo facilius impulit, quod Marotus, quamvis et ipse ibi in honore esset, longe aliis curis detractus, horum incolarum amicitiæ colendæ operam nullam dabat. Rotomagi autem societas erat quæ cognomine collegium abbatiæ *des Conards* nominabatur.

Hoc collegium [1] (nomine « regni Conardiæ » vulgo designatum), quidam « des Cornards » at non « des Conards » appellandum fuisse existimant ex opinione ea, cui multi fidem dabant, hanc scilicet societatem a quodam conventu originem duxisse qui, decimo post Christum sæculo ab Arnulfo quodam tibinice (quod nomen gallice « le corneur » interpretatur) conditus, ab eodem leges acceperat. Quidquid id est, collegium illud, quarto et decimo post Christum sæculo, Rotomagum translatum, urbe in ea in locum societatis cujusdam se subduxit quæ gallico nomine *des Coqueluchiers* designabatur, sedeque in Ec-

[1] Videre est hoc opus gallice scriptum : *Notice sur l'abbaye des Conards*, confrérie célèbre qui a existé à Rouen du XIVe au XVIIe siècle, à Evreux de 1343 à 1420, par J.-X.-C. de BUSSEROLLE, de Rouen, 1859, op. in-8°.

clesia quæ Nostræ Pratorum Dominæ dicata erat constituta, ad septimum et decimum sæculum apud omnes ordines ita floruit ut, quum quisque hujus abbatiæ consors magni haberetur, vel præsidis vel conventus totius decreta venerationi magnæ apud omnes essent. Huic vero collegio, in quod nemo nisi postquam in disciplina diu permansisset, admittebatur, præerat unus qui, honoris causa, abbatis « *des Conards* », vel potius abbatis abbatiæ Conardiæ nomine ornatus, principem locum apud omnes sodales illos obtinebat qui numero vel duo hominum millia nonnunquam fuerunt. Innumera autem, in hoc collegio, sicut in quacunque abbatia, officia constituta fuerant. Quisque enim hujus legibus adstrictus dignitate quadam, vel pro facultatibus, vel pro virtute, decoratus, hoc munere ad diem dictam fungi debebat. Namque societatis illius, quam legumlatores ea mente primo instituerant ut atellanæ fabulæ, quotannis, mimicive joci[1] ad populum darentur, mores adeo paulatim avocati fuerant ut jam quidquid jurgii vel inter conjuges

[1] Hæc autem pompa notanda est quæ, anno MDXL, facta est, cujusque descriptionem hoc titulo accepimus : « Le triomphe de l'abbaye des Conards, sous le rêveur en décimes Fagot, abbé des Conards, contenant les criees et proclamations faites, depuis son advenement jusques a l'an present : plus l'ingenieuse Lessive qu'ils ont conardement monstrée, aux jours gras en l'an MDXL. » Petit in-8°. — Plus le testament d'Ouïnet, de nouveau augmenté par le commandement dudit abbé, non encores veu.

ad eam velut ad tribunal deferretur. Unde minime mirum est Sagontum, a quo omnes deficiebant, quum aliquid auxilii a conventu cui cives sui præerant, flagitavisset, hujus a sodalibus benigne exceptum fuisse. Quin imo hi, quum sibi magnæ laudi esse existimarent quod, tanto in certamine, unus ex adversariis ipsorum ad arbitrium confugisset, patrocinium quod petebatur libenter susceperunt. Idcirco jam editum et ad Marotum missum est carmen hoc gallice inscriptum : « *Appologie faicte par le grand abbé des Conards, sur les invectives Sagon, Marot, la Huterie, Paiges, Valetz, Braquetz, et cetera* », cujus est exordium :

L'ABBÉ AUTHEUR.

En attendant l'heure et le son de prime
Veu les propos de Marot qu'on imprime
Et de Sagon assez mal digerez.
Ma main, il fault que vous ingerez
Prendre ma plume, et nous trois joinctz ensemble
Nous trois n'est qu'ung. C'est moy, dont sortira
Ce que ma main de ma plume escripra.
Parquoy, Fratres, s'il y a riens mal faict,
Je, nous l'abbé Conard gras et refaict
L'avons escript, pour reformer les vices
De ces deux folz, noz glorieux novices.

(La Haye, t. IV, p. 545.)

Postquam, his in versibus, exposuit abbas quæ sit inter Marotum Sagontumque jurgii causa,

nobis declarat se valde timere ne, gladiis strictis, inimici illi manus jam conserant :

Ce qu'ils feront quelque de ces matins,
Ou se mordront comme font les mastins,
Si moy beau pere Abbé, seul chef de l'Ordre
Ne leur defend fraper, tuer ne mordre.
Par quoy, enfantz, la mittre et croce bas,
Pour eviter querelles et debatz,
Je vous defendz toute injure interdicte...
(*Ibid.*, p. 547.)

Cui carmini hoc distichon subsequitur :

Castigando vos ad minus
Castigabit vos dominus.

Aliud :

Castigando les reins tous nudz
Castigabit vos dominus.
(*Ibid.*, p. 548.)

Tantum vero abfuit ut his minis sedati lenitique fuerint animi ut contra Maroti discipuli horum Normanniæ incolarum arrogantiam ludibrio habentes, statuerint, abbate Conardiæ neglecto, Sagonto Sagontinisque novum poema satiricum mittere in quo, gallice inscripto [1], inter alia convicia, hæc legimus :

[1] Contre Sagon et les siens. Epistre nouvelle, faicte par ung amy de Clement Marot. P. S. A Sagon et à ses Sagonneaux. Pour Clement Marot...

Tout ira bien, les Sagonneaux
Sont eschepitz. O qu'ils sont beaux,
Je vous dy beaux, voyent-ils clair ?
Comme Hiboux. Mauvais esclair !
Qui nous les feit ainsi aveugles !...

(La Haye, t. IV, p. 549.)

Eodem in tempore Sagontus et amici, quum, pertinaci invidia incensi, nulla re ad componendos animos adduci possent, omnem occasionem omnemque viam adversariorum argumenta opinionesve confutandi arripiebant ; idcirco jam in vulgus hæc epistola a Sagonto edita est [1]. Quibus omnibus de causis, abbas regni Conardiæ, quum haud levem inanemque personam ab se susceptam fuisse existimaret, nec tot poetas, inter se inconsulte rixantes, odia tam acerba, ad rabiem explendam, jamdudum exercere pro dignitate Parnassi gallici esse judicaret, novam rationem excogitavit qua, placatis animis, omnes hos Musarum alumnos ad concordiam reduceret : partibus igitur inducias proposuit poemate illo quod inscripsit : « *De Marot et Sagon les Treves, donnez jusqu'à la fleur des febves, par l'auctorité de l'abbé des Cornardz* » ; cujusque hoc est exordium :

[1] « Epistre à Marot contre la comparaison que Fripelippes a faicte des quatre raisons apportées par Sagon avec quatre oysons, » suivie de l' « Apologie de ces quatre raisons par le mesme Sagon. »

Le bon pasteur doibt maintenir l'ouaille
En bonne paix : s'il advient que loup aille
Dans le troupeau, il doibt estre soigneux
De le chasser :...

(La Haye, t. IV, p. 555.)

Postquam Maroto Sagontoque vitio dedit auctor quod injurias tam vesanas alter in alterum extulerit, utrique crimini afferre non dubitat quantum dedecus non solum abbatiæ, sed et ipsis ingruat : contumeliosa enim horum scripta in vulgus, per omnes vias, adeo disseminantur ut quisque e domo sua in publicum prodiens præconem hæc clamitantem audiat :

On oit crier et batre hault et bas
Tant de criars crians de tous costez
Les gens en ont les cerveaux assotez
Et estourdiz, car un petit follet
S'en va criant : Le debat du vallet
Clement Marot contre Françoys Sagon ;
Ung aultre vient qui crie en son jargon
Portant o soy de papiers un pacquet :
Qui veult, qui veult : le rabaiz du caquet
De Fripelippes et de Marot Clement...

(La Haye, t. IV, p. 559.)

Quis non credat illos a recentiore poeta scriptos fuisse versus ? Postremo adversariis has leges imposuit abbas :

Pour ces raisons en suivant l'equité
De mon povoir, et grande auctorité
Abbatiale imposer vueil silence
Entre vous deux, que facez abstinence

Pour quelque temps, et dureront vos Treves
Jusques au temps que floriront les febves...
(*Ibid.*)

Eodem in tempore, dum Constantinus quidam magnus, ab epistolis Abbatis *cornu des Cornardz à Caen*, epigrammate et Fripelippeum et Sagonti famulum hortaretur[1] ut iram tandem sedarent, carmina nonnulla latine vel gallice scripta, ad Marotum Sagontumque, eadem de causa, a diversis abbatiæ sodalibus mittebantur.

Ad hæc omnia, quum nihil aliud melius esse quam silere tandem existimaret Sagontus, Maroti e discipulis unus, nescio an Carolus Fontanus fuerit, aliquid responsi dare non dubitavit, quod sic inscriptum fuit : *Responce à l'abbé des Conardz de Rouen*, cujusque in exordio abba-

[1] Constentin le grant, secretaire de l'abbé Cornu des Cornardz à Caen, qui ne peult secret taire, et en deust il tout vif estre ars.

Un petit blanc envoyé à Fripelippes, et qu'il se taise.

Fripelippe, fripe ta lipe
Et purge ta langue d'ordure...
(Edit. La Haye, t. IV, p. 560.)

Ung demy douzain au page de Sagon et qu'il se taise.

O gentil page de Sagon,
A moult parler t'es hazardé,
Quant Fripelippe en son jargon
A eu ton maistre nazardé.
N'en faitz plus et que l'on te paye :
Pou mord le chien qui tant abbaye.
(Edit. La Haye, t. IV, p. 560).

tis hujus audaciam ludibrio vertens quod non solum Clementi, poetæ regio, arroganter loqui sed etiam minacibus verbis in eum uti ausus fuerit, hæc profert :

> Ha, ha ! vrayement c'est bien corné :
> J'en ay le nez tout escorné
> De cest abbé de Conardie,
> Qui a tant la corne hardie,
> De la lancer en descornant
> Dessus Marot, trop mieulx cornant...
> (La Haye, t. IV, p. 563.)

Jamque :

> Parquoy, Conard, fault que tu saches
> Que tu n'es bon qu'à corner vaches.
> Du grand corneur les plus petis
> Novices et bons apprentiz
> Te monstreroyent que tu t'avances
> De corner en lourdes muances,
> Et que tu ne tiens bonne mesure...
> (*Ibid.*, p. 564.)

Denique abbati huic suadet ut, prudentior factus, alienis discordiis se iterum immiscere desinat.

Quanvis omnia hæc carmina a Maroto et amicis benigno animo non excepta fuissent, abbas tamen regni Conardiæ nihil non tentandum putans ut pax et concordia in Parnasso gallico componeretur, quum se magno in honore apud omnes esse sentiret, poema rursus condidit in quo se a partibus adversantibus jurgii arbitrum admitti simu-

lans, omnes inimicos illos : Clementem Marotum scilicet, Franciscum Sagontum, Fripelippeum, Huetum ac cæteros factionis utriusque sodales ad pacem et ad concordiam solerti alacrique musa invitat[1].

Sed jam persuasum habens melioremque et rectiorem Clementis esse causam, huncque haud indecore nec immerito nobilissimam principis poetarum gallorum dignitatem obtinere, huic meritas laudes dandas dignumque in Parnasso locum tandem concedendum, sicut et plerique concedebant, putavit, idcirco Honorem, cui in poemate suo præcipuam personam dat, introduxit. Hic vero deus, quum Mercurio Lutetiam petenti obviam fuisset, Parnassum totum discordiis et sævissimis odiis quæ omnes gallici poetæ inter se exercerent, misceri disturbarique ab eo audivit ; etenim :

Honneur bruict n'est que de deux veaux
Lesquels on dict en un commun jargon,
Hueterie ou Huet et Sagon,
Qui chascun jour mesdisent de Marot,
Encontre luy crient le grand harot.

[1] « Bancquet d'honneur » cujus est exordium :

Lectoribus Fran. G. Hamen.

Dicite io Pean, Mavors in carcere tetro
Clauditur, et rabidus languet in hocce furor
Jam cessant satyræ Sagoyni, suntq ; duorum
Corda poetarum fœdere juncta novo.

(Bancquet d'honneur, 1537.)

Par leurs paiges luy livrent maints assaults ;
Mais à Marot de tout cela ne chault.

Cognita jurgii causa, inter hos, Honorem scilicet et Mercurium, convenit ut, ad concordiam inter vates iracundos componendam, omnem opem atque operam conferant, eoque consilio convivium paratur ad quod rogati cuncti adversarii venire properant. Marotus quidem et Fripelippeus, cum Carolo Fontano Conardiæque abbate, in Parnassum (hoc autem in monte appositum fuerat convivium) haud magno labore pervenerunt. Sed quam arduus præruptusque fuit mons Sagonto Huetoque et amicis ! quanto conatu quantoque sudore ad hunc irrepserunt ! Tam lento gradu hi processere ut epulis vix confectis advenerint.

Sub vero convivii finem Honor, qui mensis præerat, hæc verba dare cœpit :

Poetes françoys j'ay voulu vous mander...
Pour enquerir dont provient ceste hayne
Qui entre vous a prins son origine...

Ad quæ Clemens :

Combien qu'à moy n'y ait comparaison, respondit,
A ung brutal, je n'ay peu soubstenir,
Les injures de Sagon, ne tenir
Que mon valet luy feit une responce
Dont le picqua plus fort que d'une ronce.
En mon absence il feist son coup d'essay,
Pensant que plus en France, bien le scay,

Venir ne deusse, et que de prime face,
Il obtiendroit mon lieu royal et place...

Jamque omnia poemata percensuit quæ Sagontus Huetusque in se frustra prodiderant.

Quid autem omnibus his accusationibus respondere poterat Sagontus ? adeo non causam pro se dicere tentavit ut, Huetum præcipuum mali discordiæque auctorem declarans, in hunc omnium iras concitare non dubitaverit :

Cestuy Huet s'est dit Poete champestre,
Quoiqu'il fut digne de mener paistre :
C'estoit celluy (la vérité vous dy)
Qui me rendoit tant fol et estourdy
A rimailler, et à crier harot
Sur les amys disciples de Marot.

Quum Sagontus, criminibus omnibus in amicum translatis, veniam suppliciter flagitavisset, Honor hujus jurgii patrocinium suscipiens, illud pacis et amicitiæ fœdus a se compositum æmulis sanciendum confirmandumque dedit :

Veu et consideré que c'est de vivre en bonne paix, apres parties par nous ouïes, ensemble, les conditions proposées par nostre bien aymé Clement Marot, Nous, à la requeste de Sagon, tenons pour ratiffiée la paix accordée entre lesdictz Marot, Sagon et autres cy presentz...

Or pour mieulx ledict accord tenir et entretenir voulons et ordonnons que lesdictz dessus nommez bevront ensemble devant partir ce lieu, leurs enjoignans cy apres estre bons amys et vivre sans aucun contredit soubz les peines contenues esdictes conditions cy devant declarees, plus sur peine

d'estre privé de la court de ceans sans nul espoir de jamais obtenir sa grace de y rentrer...

Donné en nostre Palays, ce jourd'hy, apres disné, seellé de nostre grand seel, et signé « Honneur en tout ».

Ceste paix fut sans contredict
Accordee ainsi qu'il est dict
Presentz deux hommes tout du moins
Appellez pour estre tesmoings.
(Bancquet d'honneur.)

CONCLUSIO.

In incerto est num quid responsi illis abbatis Conardiæ versibus a Maroto discipulisve datum fuerit ; nullum aliud poema vel in Sagontum vel in amicos ab eis denuo compositum ad nos pervenit, ut equidem opinor ex omnibus libris hujus ætatis a me pervolutis ; verisimilius conjiciendum videtur hos poetas, quum gravioribus non solum vel jucundioribus rebus avocarentur, sed minimi etiam adversarios facerent contentos fuisse hoc pacis fœdere quod ferire a civibus e Rotomago et abbatia Conardiæ coactus Sagontus omnino invitus acceperat, ut jam apparuit. Nullum quidem satiricum carmen in Marotum postea scripsit ipse, sed decimo et sexto Januarii mensis

die, anno MDXXXVIII, id est paucis post diebus quam pax in Parnasso composita fuerat, Mathæus e Boutigny, Sagonti amicus famulusque ad urbem Rotomagum epistolam gallicis versibus compositam, strenarum in modum, misit, cujus hoc est exordium :

Je suis à luy, à qui ? au premier maistre
Que je feis onc, depuis que vins à naistre,
C'est à Sagon, de toy (Rouen) natif,
Et ne feis onc ung seul preparatif
Pour le quicter, on le pourra congnoistre [1].

Jamque civitati Rotomago crimini dat quod in Sagontum tanta verborum libertate invehi passa fuerit, dum sui Maroto cives undique præsidium et tutelam attulerint :

Et Rouen, par un sot a veu
Blasmer Sagon à despourveu,
Combien qu'on ayt sceu en absence
Qu'il n'a erré ne faict offense,
Par quoy c'est de grace abusé
D'avoir un coupable excusé...

Abbatem vero Cornardiæ, quem magna in aucboritate apud omnes in Normannia esse noverat, palam increpare non ausus, seu de accusationitus seu de judicio silentium tenere satius esse

[1] « *Estrene de Mathieu de Boutigny*, page de Sagon, envoyée à Rouen le premier jour de l'an. » Quod poema legimus in libello quod inscriptum est : « *Recueil des Estrenes* de Fr. SAGON, publiées en 1538. »

putat, sed civium ad memoriam revocat quanta in eos benevolentia continuo usus Sagontus, quam bene de civitate meritus fuerit :

> A tort de Sagon on mesdit...
> Fut pas ton Sagon à Rouen
> Logé ung moys à Sainct-Ouen
> Durant la mession derniere ?
> Tu scais qu'avecq simple maniere
> Alloit, tous les jours, au palays
> Se monstrant, aux clercz, et aux lays
> Avecq son petit esquipage
> Seulement compaigné d'un page,
> C'est moy qui t'estrene à présent...

Quid igitur atrocius quam civem absentem conviciis lacessere ? Quum autem omnibus laudibus magistrum suum, Sagontum, decoravit, abbatem Conardiæ ipsum interpellans, hujus patrocinium submisso animo flagitare non dubitat :

> Par quoy, abbé, reverend pere,
> N'endure plus qu'on vitupere
> Sagon, qui pense, entre ung millier,
> Estre ton support familier,
> Il yra de cueur debonnaire,
> En procession ordinaire,
> De ton chapitre general,
> Augmenter l'honneur de ta feste,
> Ou il se veult faire valloir...

Imprimé a Paris le seiziesme jour de janvier 1538.

Hæc fuit illius controversiæ finis e qua Sagontus, postquam Parnassum omnem gallicum tamdiu turbavit exagitavitque, nihil aliud nisi

turpe lividi malevolique poetæ nomen in perpetuum retinuit, dum Maroti fama magis ac magis crescere non desiit. Quid autem dicam de illis qui invidiæ in consortium cum eo non noluerant? Tantum abfuit ut quidquam præsidii amico attulerint vel laudem perceperint ipsis, ut contra apud omnes ludibrio jam et despectui fuerint. Unde inconditi illorum atque incompti versus quos Carolus Fontanus sæpius haud immerito reprehenderat acriterque carpserat, nigro situ squalentes longaque oblivione exoleti jamdudum absumpti fuissent, nisi viri, omnium rerum quæ ad præclaros poetas attinent curiosi, hos sedulo servatos posteris tradendos curavissent.

FINIS.

OPERA

QUÆ AD DISPUTATIONEM INTER MAROTUM ET SAGONTUM ATTINENT.

Epitre de Marot au roi François Ier, du temps de son exil à Ferrare : Epitre ajoutée, en 1544, à l'édition de 1538; — *Edit. publiée à Lyon à l'enseigne du Rocher, 1 vol. in-8°, 1544.*

Epitre de Marot à Monseigneur le Dauphin François, du temps de son exil, pour avoir un sauf-conduit, édit. originale. Lyon, 1 vol. in-8°, 1544.

Cantique de Marot a la Royne de Navarre, alors qu'il estoit à Venise, *édit. de Lyon à l'enseigne du Rocher, 1544.*

Le coup d'Essay de François de Sagon, secretaire de l'abbé de Sainct-Ebvroul, contenant la responce à deux Epistres de Clement Marot, retiré à Ferrare. L'une addressante au roy très-chrestien, l'autre à deux demoiselles sœurs. Avec une Epistre faicte par icelluy secretaire aux trois princes et enfans de France, avec prologue à la royne de Navarre, et deux chantz royaulx en la fin. L'ung à la louenge d'icelluy roy très-chrestien. L'autre à la confusion de l'oppinion perverse d'aucuns modernes. Le tout addressé par prologue au Roy. *Vela de quoy.* 1536. *Edit. de Langlet Dufresnoy, La Haye, 1731, t. IV, p. 373, sur l'imprimé*

in-16, Paris, 1538, et autres éditions — Dizain pour la fin du coup d'Essay. — *Ibid.*, p. 414.

Responce par l'ung des amys de l'Imprimeur de ce petit traicté, à ung incongneu, contrefaisant le poëte, disant que l'Imprimeur a perdu credit, ses biens et honneur à l'impression d'icelluy, et donne l'auteur à tous les diables. *Edit. La Haye, t. IV, p. 415, sur l'imprimé in-16, Paris, 1538.*

Seconde epistre du coq en l'asne de Marot a Lyon Jamet. *Edit. originale 1538. — Bibliothèque de Versailles : Collection Goujet : E, 456, C, in-8°.*

Pour Marot absent contre Sagon, Epistre par Bonaventure, valet de chambre de la Royne de Navarre, se trouve dans le volume intitulé : *Les disciples et amys de Marot contre Sagon ;* on les vend à Paris, en rue Sainct-Jacques, près Sainct-Benoist, à l'enseigne du Croissant, en la boutique de Jehã Morin, 1537, n° 4. — Bibliothèque de Versailles, collect. Goujet, E, 352, c.

Epigramma Christophori Richerii in eundem Sagontum. *Ibid.* : *Les disciples et amys de Marot*, n° 6.

In eundem Saguntinum C. Fontaines, *ibid.*, n° 1.

Jani parrhasii, poetæ Senogalliensis carmen phalæcium hendecasyllabum. *Ibid.*, *n° 2.*

Epitre 48 de Marot, à son retour d'Italie, à M. le cardinal de Tournon, *épitre ajoutée en 1544 à l'édit. de 1538.*

Epitre 50. *Le Dieu gard* de Marot à la cour, après son retour de Ferrare, *épitre ajoutée en 1544 à l'édit. de 1538.*

Epistre à Sagon et à la Hueterie, par M. Charles Fontaines : *Les disciples et amys de Marot*, n° 7, voir plus haut.

Apologie de maistre Nicole Glotelet, de Victry en Partoys, pour Clement Marot, contre le coup d'Essay. *Les disciples et amys de Marot*, n° 3, *ibid.*

Epistre de Fripelippes, secretaire de Clement Marot à François Sagon, secretaire de l'abbé de Sainct-Evroul. *Epitre ajoutée en 1544 à l'édit. de 1538.*

Mellin de Saint-Gelais, œuvres : 5e sixain à Marot. *Lyon, Antoine de Harsy, 1 vol. in-8°, 1574.* — Biblioth. de Versailles, E, 377, c.
Id. Ballade pour Marot contre Sagon. *Ibid.*

La grande genealogie de Fripelippes ; composé par ung jeune poete champestre, avec un epistre, adressant le tout à François Sagon, 1537. — Edit. La Haye, t. IV, p. 424. *Sur l'imprimé in-16, Paris, 1538.*

Responce a Marot dict Fripelippes, et à son maistre Clement, par la Hueterie, 1537. — Edit. La Haye, t. IV, p. 433. *Sur l'imprimé in-16, Paris, 1538.*

Rescript a Françoys Sagon et au jeune poète champestre, facteur de la genealogie de Fripelippes. Avecques ung Rondeau, faict par Clement Marot, dudict jeune poète, 1537. — *Sans nom de libraire. — Bibliothèque de Versailles. Collect. Goujet, E, 456, c, 4e pièce.*

Deffence des escriptz de Sagon a luy envoyee pour estreines de par Loys Pratin. (Sans nom de libraire, ni date). *Biblioth. de Versailles, collect. Goujet : E, 456, c, in-18, 5e pièce.* — Cet écrit doit être de 1537, se trouve après le Rescript, avant le bancquet.

Huictain de Pierre Rozet, *ibid., 6e pièce.*

Le Rabais du Caquet de Fripelippes et de Marot, dict Ratpelle, faict par Matthieu de Boutigni, paige de Maistre Françoys de Sagon, secretaire de l'abbé de Sainct-Ebvroult, se trouve dans le volume déjà cité :

Les disciples et amys de Marot, 11e pièce. — Voir aussi édit. de La Haye. Il renferme :

Le paige de Sagon aux lecteurs : huyctain, *ibid.*, et page 446 (La Haye).

Aultre huictain à Marot, id., id.

Le paige de Sagon s'adressant, premièrement, à monsieur son maistre, *ibid.*, et p. 447 (La Haye).

Envoy... ibid. et p. 458 (La Haye).

Dixain à Fripelippes, *ibid.*, et p. 470 (La Haye).

In eum qui scripsit in Sagontinum pœtam gallum, Nicolaus Denisot, *ibid.*, et p. 470 (La Haye).

Ad Franciscum Sagontinum Gallum suus Franciscus Denisot, *ibid.*, et p. 471 (La Haye).

Joannis Huguerii in Fripelippeum, *ibid.*, et p. 471 (La Haye).

François Roussin, à Boutigny page de Monsieur Sagon, *ibid.* et p. 471.

Joannis Huguerii Tétrasticon in Richerium... Ibid. et p. 472 (La Haye).

Epistre responsive au Rabais de Sagon (tiré de l'Imprimé, in-8°, à Paris en 1537). Voir aussi édit. La Haye, t. IV, p. 473.

Remonstrance a Sagon, a la Hueterie et au poète Champestre, par maistre Daluce Locet, Pamanchoys. Je n'ai trouvé la Remonstrance et les pièces qui s'y rattachent que dans l'édit. de La Haye, t. IV, p. 478.

Benedictus serhisaeus salmuriensis in Sagoinum Epigramma, *ibid.*, p. 484.

Franciscus Ferrandus ad campestrem poëtam Sagontum et Huetum, *ibid.*, p. 484.

In Sagoinum Jacobi Mabræci Maroti amantissimi Epigramma, *ibid.*, p. 485.

A Charles de la Hueterie, Triolet, D. L. *ibid.*, p. 485.

A Sagon, à la Hueterie.... Françoys Gaucher, *ibid.*, p. 486.

Autre huictain à deux terminaisons au poëte champestre. D. L., *ibid.*

Epistre a Marot, a Sagon et à la Hueterie (N. Bucher), ne se trouve que dans l'édit. de La Haye. *Ibid.*, p. 488.

Responce a Charles Huet, dict Hueterie, par Charles Fontaine, *ouvrage cité plus haut : Les amys de Marot...* nº 8.

Epistre a Marot par ung sien amy, *ibid.*, *nº 9.*

Dixain, *ibid.*, nº 8. — Autre dizain, *ibid.*

La complainte et testament de François Sagouin, dict Sagon, envoyée à Fripelippes, valet de Cl. Marot, par C. de la Fontaïne, aux enfans d'Apollo, salut et prospérité : *Les disciples et amys de Marot, ouvrage cité, nº 10.*

François Sagouyn, dict Sagon a Fripelippes, valet de Cl. Marot. *Les amys de Marot..., ouvrage cité, nº 12.*

Epitaphe de François Sagouyn dict Sagon, *ibid.*, p. 542 (La Haye).

Huictain, *ibid.*, p. 543 (La Haye).

Appologie faicte par le grant abbé des Conards, sur les invectives Sagon, Marot, la Hueterie, paiges, valetz, Braquetz, et cetera. Je n'ai trouvé cette pièce et celles qui s'y rattachent que dans l'édit. La Haye, t. IV, p. 544.

Dizain de permission à nulz, de non faire imprimer ceste appologie. *Ibid.*, p. 544.

Dizain du cardinal Poly; ibid., p. 545.

L'Abbé auteur; ibid., p. 545.

Distichon ; ibid., p. 548.

Contre Sagon et les siens, epistre nouvelle faicte par ung amy de Clement Marot, *ibid.*, p. 549.

P. S. à Sagon et ses Sagonneaux pour Cl. Marot, *ibid.*, p. 549.

De Marot et Sagon les trèves donnez jusqu'à la fleur des febves par l'auctorité de l'abbé des Cornardz. *Ibid.*, p. 555.

Le secrétaire des Cornardz, *ibid.*, p. 555.

Constentin le Grant, secretaire de l'abbé Cornu des Cornardz, à Caen..., *ibid.*, p. 560. — Un petit blanc envoyé à Fripelippes. — Un demy-douzain au page de Sagon, *ibid.*, p. 560.

Unzain a Sagon, *ibid.* — Carolus à Clement Marot, *ibid.*, p. 561.

Responce a l'abbé des Conardz de Rouen. *Voir Amys de Marot*..., n° 13.

Bancquet d'honneur sur la paix faicte entre Clement Marot, Françoys Sagon, Hueterie et autres de leurs ligues, nouvellement imprimé, 1537. De guerre paix. — *Biblioth. de Versailles : Collect. Goujet*, E, 456, c, in-18, 7e pièce.

Estrene de Mathieu de Boutigny, page de Sagon, envoyée à Rouen, le premier jour de l'an, 1538. — Cette pièce se trouve à la suite du recueil des Estrenes de Fr. Sagon, publiées en 1538. *Collect. Goujet. Biblioth. de Versailles, E, 329, c.*

Le différent de Clement Marot et de François Sagon, édit. La Haye, t. IV, p. 566.

AUCTORES RECENTIORES

QUI SEU DE DISPUTATIONE INTER MAROTUM ET SAGONTUM, SEU DE HOMINIBUS QUI HUIC DISPUTATIONI INTERFUERUNT, MENTIONEM FECERE.

BUSSEROLLE (de). Notice sur l'abbaye des Conards, confrérie célèbre qui a existé à Rouen, du XIV[e] au XVII[e] siècle, par J.-X.-C. de Busserolle, 1 vol. in-8°, Rouen, 1859.

COLLETET. Les trois Marot. — Biographies publiées par Guiffrey, chez Claye, Paris.

CRAPELET. Les poètes français jusqu'à Malherbe (1824), t. III.

A. DARMESTETER. Le XVI[e] siècle en France. Les poètes de 1500 à 1550, p. 82 et suiv., Paris, Delagrave.

FLOQUET. Bibliothèque de l'Ecole des Chartes, t. I, p. 105 et suiv. Paris, 1839, 1840. — Histoire des Conards de Rouen.

GOUJET. Bibliothèque françoise de l'abbé Goujet, 1747, t. XI, p. 68 et suiv.

HAAG. La France protestante : Article Marot.

D'HÉRICAULT. Edition de Marot (préface). Paris, Garnier.

IRIALH (l'abbé). Querelles littéraires, 1761 : Article Sagon, t. I, p. 105.

LA CROIX DU MAINE. Histoire littéraire de la France (passim). Edition revue par du Verdier.

LENIENT. La satire en France, p. 25 et suiv.

SAINTE-BEUVE. La poésie française au XVIe siècle, p. 21 et suiv.

Vidi ac perlegi,
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
Kal. mai ann. MDCCCLXXXV,
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

Typis mandetur,
Academiæ Parisiensis rector,
GRÉARD.

INDEX

PROŒMIUM 1

§ I. Sagontus edit libellum quem gallice inscribit : *Le coup d'essay* 9

§ II. Fripelippeus, Maroti reducis famulus, Sagonto pro domino responsumdat. Fripelippei genealogia à Sagontinis componitur..... 16

§ III. Maroti rescriptum, cui Sagontus hoc carmine : *Le rabais du caquet de Fripelippes* responsum mittit. De quibusdam discipulorum amicorumve poematibus.................... 27

§ IV. Societas, cognomine *des Conards* paci se mediam affert. — De induciis ; de pace convivio celebrata.................................. 38

CONCLUSIO.. 51

Opera quæ ad disputationem inter Marotum et Sagontum attinent.......................... 55

Auctores recentiores qui seu de disputatione inter Marotum et Sagontum, seu de hominibus qui huic disputationi interfuerunt, mentionem fecere.............................. 61

VERSALIIS, EX TYPIS CERF ET FILII, 59, VIA DICTA DUPLESSIS.